

1776, 7
672
17

THESES SELECTAE
DISSERTATIONIS INAUGVRALIS
DE
RETRACTV GENTILITIO

QVAS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
FIDEI DEFENSORE, DVCE BRVNSVICENSI ET LVNEBVR-
GENSI, SACRI ROMAN. IMP. ARCHITHESAVRARIO
ET ELECTORE

INCLYTI IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE ET CONSENSV

AD
SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE CAPESSENDA

PVBLCICE TVERI CONABITVR
CHRISTIANVS HERMANNVS SCHÖNE
BREMA - SAXO.

DIE XVII. FEBR. MDCCLXXVII.

GEORGIAE AVGVSTAE
Typis BARMEIERIANIS.

DISSECTATIONIS INAVGURALIS
DE
THESIS SELECTAE

RETTRACTV GENTILITIO

AVGUSTO MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO III

MAGNAE BRITANNIAE, FRANCAE ET HIBERNIAE REGIS
LIBER DRESDONAE, DUCIS SACHSIAE ET LITVANIAE
GENSI SACRI ROMANI IMP. ARCHICAMERARIO
ET ELECTORI
INCLYTI IMPERORSVLTORVM ORDINIS
AVGVRITATE ET CONSENSV

AD
SVMMS IN VTROVQVE IVRE HONORIS
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA
HABERE PERMISSV

CHRISTIANVS HERMANNVS SCHÖNE
VIRI DOCTI

DE AVR. 1788. MDCCXXXVIII

GEORGIAE AVGVSTAE
T. CARMEI ERN. 1788.



SPLENDIDISSIMO ET AMPLISSIMO
LIBERAE AC INCLYTAE SACRI ROMANI IMPERII
REIPUBLICAE BREMENSIS

SENATVI

PERILLVSTREBVS
MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,
PRVDENTISSIMIS, GRAVISSIMIS

DOMINO

PRAESIDI

DOMINIS

CONSVLIBVS

DOMINIS

SYNDICIS

DOMINIS

SENATORIBVS

PATRIAE PATRIBVS
RELIGIONIS, LIBERTATIS, ET IVSTITIAE
STATORIBVS FELICISSIMIS
DEFENSORIBVS VIGILANTISSIMIS
MVSARVM TVTORIBVS OPTIMIS
PATRONIS AC FAVORIBVS
SVMMA REVERENTIA IN AETERNVM COLENDIS
PERENNEM FELICITATEM, FAVSTISSIMOSQVE
SAPIENTISSIMORVM CONSILIORVM SVCESSVS

PIE ADPRECATVR

SIMVLQVE

SE SVAQVE OMNIA

DEVOTA MENTE COMMENDAT,

REVERENTIA AC CVLTV

TANTORVM NOMINVM

DOMINIS

NEMINI SECVNDVS
AVCTOR.

Consuetudini Academicae morem gesturus,
pro obtinendis summis in Iure honoribus, pau-
ca de Retractu Consanguinitatis deducere in
animo fuit. Quanquam Iuris tam veteris, tam
Communis, tam vel summorum Ictorum ope-
ra exculi alicuius momenti additamenta cir-
ca eius interpretationem facere, tam inutile,
quam superfluum videretur, nihilo secius ope-
rae tamen pretii censebam, ex legibus Germa-
norum et praesertim ex Iure Statutario Bre-

meni, paulo vberius quam hucusque factum
erat, eiusdem Naturam, formam, Effectus
eruere.

Sed ecce in scribendo haec innumeris Con-
trouersis et tricis obaerata Materia tantae mo-
lis erat, vt aut Commentarium edere, aut plu-
ra perutilia intacta linquere necesse fuisset. Ac-
cedebat quod Iter per celeberrimas Europae re-
giones suscipiendum, tempus praefinitum, ni-
mis angustis terminis limitabat. Benigniter an-
nuente ideo, *Illustri Iureconsultorum Ordine*, hanc-
ce materiam de Iure communi, Thesisibus ali-
quot edidi.

Si Fata velint peracto itinere, iam iam, in
maiore otio litterario, hanc veluti Sciagraphiam,
exactiore scriptione explanare studebo.

THE-

THESES
DISSERTATIONIS INAVGVRALIS
DE
RETRACTV GENTILITIO

Retractus Gentilitius nobis est, Facultas iure competens Consanguineis Venditoris, secundum ordinem Successionis ab Intestato, ad Rem immobilem, vel quae immobili aequiparatur, extraneo citra eorum consensum venditam, oblato eodem pretio, praestitisque iisdem Conditionibus, intra tempora statuta redimendi.

II.

II.

Diffensus vel maximorum hac de Re Scrip-
torum, fundamentum huius Iuris concernens,
optime mihi conciliandus videtur; si,

III.

a) directe quidem Ius succedendi ab inte-
stato, seu proxima spes succedendi.

IV.

b) indirecte vero Condominium quoddam
totius Familiae pro tali praedicatur.*)

V.
*) Secundum genuina etenim principia Germanica, primo he-
redi ab Intestato, in hereditatem competebat Ius, quod ei-
dem, ne quidem per modum Testamenti adimi poterat, dein
vero ex mente *Constitutionis Fridericianae* ac Corpori Iuris an-
nexa, Retrahere nusquam concedebatur, nisi probato antea
Condominio, in fundum quem vindicare Retrahens cupiebat.

V.V

Constat eiusdem Iuris vetustas, vel ex eo, quod, ex testimonio sacrorum fontium, Iure divino, iam constitutus fuisse adpareat. *)

VI.

Dein vero *Iure Romano*,

a) *antiquo*: Consanguineo, extraneos ab emptione, aut simili alienatione repellere, ac rem alienatam revocare, concessum est.

Quod autem;

b) *Noviori*: ob impedimentum libertatis, de Re sua pro labitu disponendi, cuius rerum suarum moderatori et arbitro competentis, sublatum est. **)

VII.

*) vid. *Levitis* XXV. §. 25. *Rutha* Cap. IV. §. 4.

**) Sedes huius materiae reperitur l. 35 ff. *de minoribus* l. 14. C. *de contrahenda Empt. Vendit.*

VII.

Ius Feudale quoque in omni feudo, etiam alienabili, et hereditario, hunc Retractum ob Ius succedendi futurum, ex eadem infeudatione competens tribuit; et tunc comprehendit:

VIII.

Ius Agnatis competens, Feudum venditum, et traditum, virtute Iuris Retractus, ab Emptore, et quolibet Possessore, soluto eodem pretio repetendi.

IX.

Antiqui *Iuris Germanici*, bonorum avitorum nec non haereditariorum, absque heredum consensu venditionem prohibentis, vestigia et hodie quoque exstant; *) Cum

X.

*) quod continetur lib. 1. art. 34 et 52. *Iur. Prouinc. Saxonici. Weichbildo.* art. 61 et 65.
Iure Prouinc. Alemann. c. 308.

X.

Ex historia iam pateat, bona immobilia, penes primos Germanos, in privatorum Domino haud fuisse; sed communiter et promiscue possessa esse, deinde vero singulas familias domos exstruere, terrasque circumiacentes sibi met solis vsui destinare, et vindicare coepisse, quo facto dominium, quidem toti familiae, disponendi facultas autem, singulis membris haud competiit. Quod

XI.

Noviori Tempore, introducto magis commerciorum vsu, eo mutatum, ut rerum immobilium alienatio quoque permissa sit, sed hinc, vel illinc, non aliter, quam heredum ab Intestato Consensu, quibus contradicendi facultas tribuebatur, unde

XII.

XII.

Retractus proximitatis non lege quadam expressa, sed statutis nec non consuetudine introductus dici potest. Exinde:

XIII.

Retractus Gentilitius non vniuersaliter receptus, sed receptio haec, obueniens casu, quoad singulas Germaniae Prouincias probanda est. *) quoniam:

XIV.

*) Negantes inter quos vel summorum Idolorum Nomina reperiuntur, praesertim vrgent ea argumenta:

- 1) quod Ius Retractus propinquorum, vel in maxima Germaniae parte, in viridi praxi vigeat.
- 2) Eiusdem fundamentum, antiqua quadam Germaniae lege, cuius derogationem nemo probauerit, ponendum sit.
- 3) Magnam Copiam Sanctionum, in Germania Retractum statuentium, allegant.

Sed quomodo quaeſo ex omnibus his, pro lege vniuersali, totam Germaniam vinculo fringente, contra expressam Iuris Romani prohibitionem l. 14. C. de contrah. emt. vend. contentam, argumentari potest.

XIV.

1) Ius Ciuile in tota Germania receptum, et eo ipso in defectu aliarum legum, praesumptio contra agnatos hoc ius praelationis sibi asserentes militet, necesse est, itaque his qui ad Praxin contrariam prouocant, huius tanquam Rei Facti, probatio incumbit.

XV.

2) Ius hoc recentius ex Constitutione *Friederici II.* receptum haud videtur, sed potius, veluti vestigium, ex eo argumentatur, quod bonorum immobilium, sine heredum consensu alienatio haud valeret. Cum,

XVI.

a) Constitutio *Friedericiana* subnectatur Capitulis extraordinariis, in *Lib. V. Feud.* exstantibus, de quorum veritate Authentica dubium moueri potest.

B 3

XVII.

XVII.

b) Huic Sanctioni neque dies, neque Consul, seu annus, neque locus ubi promulgata sit, (vt in aliis anterioribus et posterioribus Constitutionibus Authenticis consuetum est,) adiectus, adparet.

XVIII.

Quoad obiectum Retractui subiaccens; cessat,

1) in bonis, ab alienante nouiter adquisitis, regulariterque tantum in praediis auitis locum habet. *) Cum aliqua tamen extensione, si nempe

XIX.

*) Ratio est quod bona a maioribus profecta etsi vni liberorum peculiariter quod ad fructum assignata, tamen communia quodammoda, et in Dominio totius Familias esse censebantur, atque iniquum credebatur factu vnus ex familia, ceteros omnes iure suo excidere. Analogia huius Iuris ad nouiter adquisita, tam dura, quam iniqua foret.

XIX.

Res Patrimoniales, cum non Patrimoni-
libus venditae, quo casu Emtor a retrahente,
qui alioquin quoque easdem ac tertius Posses-
sor, Conditiones, implere tenetur, totum com-
plexum, vt retrahat, exigere potest. *)

XX.

II) In bonis mobilibus, nequaquam retra-
hendis, dum Res requiritur immobilis, seu
quae ei aequiparatur **) unde,

XXI.

*) In Emtoris enim arbitrio hac in Controuerfia merito po-
nimus. Hoc Res extra facultatem retrahendi positis in
posterum possidere volente, determinatio pretii rerum, Re-
tractui obnoxiarum, boni Viri arbitrio ad taxationem re-
linquenda est.

**) In ea enim regulariter habet locum, consuetudo Retrac-
tus non etiam in mobili, cuius vilior et abiectior semper
est Possessio, nec in eam tanta cadit affectus consideratio,
vnde sententiam eorum, qui Retractum Rei mobilis, cum
immobili, seu Hereditatis venditae, statuunt; merito reiici-
mus. Vniuersitas qua talis nusquam retrahi potest. He-
reditas vendita, alias retractui haud obnoxia, quam si sin-
gulae eiusdem partes, complexum Rerum immobilium, in
quibus aliquo Ius Retrahendi competit, exhibeant.

XXI.

Disquisitio, an venditio decimarum, annuum redituorum, seruitutum personalium, retractui sit obnoxia? facile diiudicari potest.

XXII.

Retractui Gentilitio locus tantum est, in alienatione interueniente pretio facta, ideoque in Contractu Emptionis Venditionis, et Datione in solutum, vtpote quae vicem obtinet venditionis *) quod etiam

XXIII.

De Re data in dotem, vel alias aestimata, quia aestimatio inducit venditionem, praedicari potest: vnde apparet,

XXIV.

*) vide leg. final. D. quibus ex causis in possess. ear.

leg. 24. pr. D. de pignorat. act.

leg. 4. C. de euictionibus.

XXIV.

In Transactione, Permutatione, Venditione simulata, Locatione, Pignoris constitutione, Diuisione rerum communium, Donatione, Testamento relicto, penitus cessare Retrahendum. *)

XXV.

Retrahendi facultate gaudet is, qui primo, cum Venditore a primo acquirente legitime descendit, et dein, Venditori, tempore Contractus, secundum ordinem ab Intestato, proximus est. Vnde:

XXVI.

I) Venditor ipse, Rem immediate alienatam, retrahere nequit, quia agere nequit contra

*) id quidem adeo accurate ut si partim Res interuenerit, partim pretium, inspicienda mens contrahentium, quid agere voluerit, respiciatur. Si de illa conici non potest videndum quid praeualeat, pretium an Res, ut illo casu, sit iudicanda Emtio, hoc vero Permutatio.

C

tra proprium factum, nec sui ipsius est agnatus. Vtique autem,

XXVII.

2) Venditoris Filius, patris heres sit, necne, ad Retractum omnibus in bonis, (etiamsi Feudis *) admittendus est, dum ex sua, non ex Defuncti persona retrahit. **) Attamen

XXVIII.

3) Illegitimi, Adoptati, per Rescriptum Principis legitimati, nusquam; Legitimati per sub-

*) Obstat videtur Cap. Titius II. Feud. 26. sed argumentatio heic de casu ad casum depromta, mihi minime adaequata videtur.

**) Dissidentes leg. 14. C. de Rei Vind. aliisque vrgent argumentum ad probandum, heredem cum defuncto, pro vna persona haberi, ideoque posterioris facta tanquam propria, ab ipso praestanda esse. — Re vero accuratius pensitata, reuera in proxima spe succedendi, ratio Retraclus Gentilitii collocata (vid. Thes. 3.) Frustra alias, cacteri quoque Propinqui, ad retractum admitterentur, si deinceps superueniens heredum qualitas, id efficeret, vt Ius Retrabendi quod antea eis competeat, exstingeretur.

subsequens matrimonium vero, in hypothesi, vbiunque Iuribus legitimorum natalium fruuntur, ad Retractum capaces declarantur.

XXIX.

4) Maritus Rem, ad cuius Retractum Ius est Vxori, non proprio sed vxorio tantum nomine retrahere potest.

XXX.

Si plures eiusdem gradus, in Re diuidua pro rata retrahunt, in Re indiuidua distinguendum, an plurium vnus praeoccupauerit, nec ne? Priori casu Praeoccupans priuilegio gaudet, posteriori Iudicio fortis, decisio committenda. *)

Vbi notandum:

C 2

XXXI.

*) Plures etiam in Re diuidua Praeoccupationem statuunt, quod equidem haud conuenienter mihi videtur. In Indiuidua aliud fundamentum huius priuilegii, scilicet odium societatis, plurium in vna eademque Re, et necessitas, eandem alias forti committendi latitat.

XXXI.

Proximum retrahere volentem, eandem ac Emtor Conditiones adimplere teneri, dum excepta personarum mutatione, Emtioni priori tantum surrogatur posterior. Tunc autem

XXXII.

Omnis Emtor, Rem liberam^a ab onere, vna cum Accessionibus et Fructibus tempore actionis motae pendentibus, restituere cogi potest.

XXXIII.

In Controuersia an retractus, cum aliquo Effectu instituendus, supponat casum, vt extraneo, id est a familia Venditoris exuli, Res translata sit, nec ne? Sententiam sequimur priorum. Inde,

XXXIV.

XXXIV.

I) Contra quemcunque Possessorem extraneum, persona sit moralis, sit physica, intra legitima tempora exerceri potest.

XXXV.

II) Remotior Agnatus Emptor, a propinquiore, Retractum, ob deficientem eius finem principalem: *Ne Res extra Familiam abeat*, pati haud tenetur,

XXXVI.

Circa Tempus Retractus de Iure Communi, sententiam communiorem, et veriore, annum et diem concessum esse amplectimur. *)

C 3

XXXVII.

*) argumento Cap. 8. X. *de in integrum restitut.* lege Familiae S. Petri. apud SCHANNAT Tom. II, *histor. Episcop. Wormar.* pag. 45.

II. Feud, Cap., 26 §. *Tirius.*

XXXVII.

Tempus Praescriptioni Iuris retrahendi praefinitum, currere incipit, a momento scientiae, consummati Contractus Emptionis. Et

XXXVIII.

Tempore, quod de momento in momentum currit, praeterlapso, omnium omnino Retrahentium, propinquiorum aequae ac remotiorum, Ius, in perpetuum excluditur.

XXXIX.

Remedium competens intuitu Retrahentis, est *Condictio ex lege, vel moribus, ut actio in Rem scripta; coram Iudice Domicilii, vel Rei sitae proponenda, ad Rem alienatam, Iure Sanguinis reuocandam, in Iudicio. Unde*

XL.

-ba Virtute sui generis possessorem sequitur, ita vt quisquis Tertius (etiam ecclesia vel Minor:) Rem possedat, nihil obstet, quominus eadem Actione, conueniri possit.

Amittitur autem proprie.

XLI.

Praeter Praescriptionem (vid. Thef. XXXVI. seq.)

a) *Renunciatione expressa*, tam simpliciter, quam secundum quid, in fauorem scilicet posterioris agnati inita.

b) *Tacita*. Si denunciatione, vel promulgatione ineundae Emtionis, rite facta, intra terminum propositum, haud declarauerit agnatus, num retractu vti velit, nec ne? Caeterum:

XLII.

Enumerantur quidem praeterea, varii adhuc modi hoc Ius amittendi, utpote *Interitus Rei*, *Ingratitudo Retrabentis*, *Rescissio Emptionis Venditionis* aliique, sed prior modus ut Communis, haec haud pertinet, posteriores, tanquam Spurios, merito reiciimus.


Göttingen, Diss., 1775-76

ULB Halle 3
005 301 432



Sb.





1776,7 ~~672.~~ 17

THESES SELECTAE
DISSERTATIONIS INAUGVRALIS
DE
RETRACTV GENTILITIO

QV AS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
FIDEI DEFENSORE, DVCE BRVNSVICENSI ET LVNEBVR-
GENSI, SACRI ROMAN. IMP. ARCHITHESAVRARIO
ET ELECTORE

INCLYTI IVRECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE ET CONSENSV

AD
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE CAPESSENDA

PVBLICE TVERI CONABITVR
CHRISTIANVS HERMANNVS SCHÖNE
BREMA - SAXO.

DIE XVII. FEBR. MDCCLXXVI.

GEORGIAE AVGVSTAE
Typis BARMEIERIANIS.